

rium enim conveniunt Traiana, quae eo usque litus secuta iam per mediterranea pergunt Beneventum (supra p. 26. 27 n. I. II), et litoralis Sipontum versus (l. c. n. I), et tertia pergens Tarentum (l. c. n. IV). — Municipii loco Barium fuisse auctor est Tacitus l. c., quocum convenit, quod in titulis inveniuntur *quattuorviri* et *iure dicundo* (n. 284; cf. n. 283) et *aedilicia potestate* (n. 283; cf. n. 284). Tribum Barinorum fuisse Claudiam ostendunt tituli tres urbanus modo citatus et domestici duo n. 283. 284. §

Inscriptiones Barinas auctores antiquiores non suppeditant nisi duas. Etiam BEATILLO (*historia di Bari*. Neapoli 1707) solam miliariam viae Traianae refert. Primus plures inde edidit Emm. MOLA alias a. 1773 in supra (p. 27) citato *commentariolo in vetus monumentum Barii effossum eiusdemque titulum*, alias aliis locis; idem historiam Barinam texuit in opere Orlandii *delle città d' Italia* (T. III. Perugia 1773). Ego Barii inscriptiones alias e lapidibus descripsi, alias e schedis Iosephi

D' ADDOSIO notarii Barini viri optimi et humanissimi. Post editionem huius corporis priorem qui scripsit Iulius PETRONI (*storia di Bari* 2 voll. 8. Neapoli 1857. 1858) thesaurum lapidarium auxit docte et industriose, quosque ipse eruderasset titulos, in museo societatis oeconomicae secretarius eius constitutus collocavit. Sed ipse postquam Bario Neapolim se transtulerit, societate abolita marmora pessumdata esse videri per la generale noncuranza di queste cose presso di noi, anzi per la vaghezza di distruggere tutto ciò che sa di antico, nuper scripsit ad amicum quendam communem; nè spero, addit, che veruna persona si sia data la briga di conservar quelle poche raccolte da me, nè credo che abbia avuta cura di raccorne altre. Vere ita evenisse neque titulos iam reperiri nuntiaverunt quos ad conferendos eos miseram amici. Itaque quod coeperunt barbari, id perficiunt nostrae aetatis qui sibi videntur culti et elegantes.

282 Barii in pavimento S. Nicolai extra portam maiorem.

AVG
FLAVIANVS
CALAB
VOTIS · X

Paglia Vat. 5244 p. 583 eodemque exemplo Metellus cod. Vat. 6039 f. 359 inter titulos, quos Metellus acceptos refert Morillonio, Morillonius Pontano, Pontanus Iucundo.

Augusto nescio cui . . . Flavianus corrector Apuliae et Calabriae titulum posuit numini maiestatique eius *devotissimus*.

283 [= 599] Barii in templo Trinitatis PAGL.

.. PETRONIO · L · F · CLA · STRABONI
III VIR · AEDIL · POTEST · TER
IVR · DIC
PETRONIO · MNASIAE
5 PETRONIA · ZOSIMA · FECIT

Paglia cod. Vat. 5244 p. 583; Como ad Mur. ms. 16 Sept. 1732, ed. (male) 729, 7 eodemque exemplo Procaccelli ms. 1735; Mola in vet. mon. Bar. eff. p. XXXVI.

1 PL . . . NIO · L · F · CLA · STRABC Pagl., P . . . NIO · L . . . ASTRAG Mola, . . . NIO . . . ASTRA . . . Proc. Com. — 2 III · VIR Proc. — TER Pagl. Como, TER . . . Proc., ITER Mola, PRAEF Mur. ex corr. fortasse vera; certe aeditas ter repetita ferri non potest offenditque item quattuorviratus splendidior solis vocabulis *iure dicundo* enuntiatus. — 3. 4 IVR · DIC | ET Mola, . . . IVR · DIC . . . ET | Proc., IVR · DIC · ET | Com., IVR · DIC · (om. ET) Pagl. — 5 . . . FTP · ONIA Pagl.

284 Barii trovata nel cavar le fondamenta della parte nuova della città.

P · P V B L I C I V S
P · F · C I A · A I V T O R |
A E D · p o t · I I I · V I R · I · D
V I X · A N · X X X V · H · S
5 M A T E R · S C E L E S T A
F I L I O · F E C I T

Petroni Bari 1 (1857), 26.

2 C'A, 5 MATR traduntur.

285 [= 613] extra Barium Carbonaram versus in villa medici Io. Bapt. Molae.

S Y M P H O R O S
A N T I O C H I A
C A E S A R E V S A
T R A L L I A N O S A
5 V I X I T A N N A L X X X V

Descripsi et edidi ann. inst. XX (1848) p. 106 et *unterital. Dial.* p. 87. Henzen 5298 ex ed. 1. Petroni Bari 1, 28.

Trallibus etiam Caesareae nomen fuisse ex hoc titulo effecit Henzenus. Magis crediderim Graecum Latini tituli scriptorem Caesareum Symphorum dixisse, ut Dio 69, 7 aliique Graeci *Καίσαρτέως* appellant qui sunt ex familia imperatoris liberti servive. Significatur igitur Symphorum servum fuisse Antiochi, servi scilicet Caesaris, et ita et ipsum Caesaris servum.

286 [= 600] extra Barium rep., deinde in aedibus Sagarriga-Visconti.

D · M
A E M I L I A
C H A R I A
V · A · I X
5 H · S · E

Mola *effem. enciclop.* Apr. 1796.

287 [= 601] Barii penes antecessorem Iulium Petroni.

D m
A N T O N I A
E V T H Y C I A V a n
N X C B A R I N V S
5 M A T R I B
M I I F e c

Descripsi. Petroni Bari 1, 28.

288 [= 603] Barii rep. extat penes praefectum provinciae eq. Winspeare.

D M
M · APPALENVS
AELIOFON
VIX · AN · LXXX
5 LACAENA
p a T R O N O

Descripsi et ed. *unterital. Dial.* p. 87.

289 [= 602] Barii rep., ubi extat penes praefectum provinciae eq. Winspeare.

D M
APPALLEN
A · AMMA
VRV VIX
5 AN · LX · FIL
MATR · F

Descripsi et edidi *unterital. Dial.* p. 87.

290 [= 604] Barii rep. in suburbio.

D M	ADES
A P P H I A D I S	PALENVS PHOEBVS
VIX · ANN · XXXV	FILI FECER
M APPALE PHOEBVS FIL MATRI	
5 B M FEC	

Descripsit notarius Iosephus d' Addosio; edidi *unterital. Dial.* p. 87. Ex iisdem schedis omnino Petroni Bari 1, 26. 27.

Duo exempla sunt eiusdem tituli; in secundo FILI FECER male solutum videtur ex FIL · FEC.

291 [= 605] extra Barium rep., extat vel extabat in aedibus Sagarriga-Visconti.

A T I L I A · C R O T I S
V · A · X X I I · H · S · E

Mola *effem. enciclop.* Apr. 1796.

292 [= 607] Barii rep. 1752 in monumento pictis vasculis repleto inter Dominicanorum eius oppidi vetustarum aedium ruinas, extabat et fortasse etiam nunc extat in aedibus Sagarriga-Visconti.

C A E C · P H O E B E
V I X I T · A N N I S · X X X X
H I C · S I T A · E S T
F E C I T · M · C A E C I L I V S
5 F E L I C I O · C O N I V G I
D V L C I S S I M A E · B E N E
M E R E N T I · I N I Q V A
F A T A · Q V A E · N O S · T A M
C I T O · D I S I V N X E R V N T

Martorelli de reg. theca calam. p. 505. Emm. Mola in hanc inscriptionem commentarium scripsit Neapoli 1773 editum (v. p. 27). Reperit Castaldi p. 36 non sine errore.